



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Ordo ad ungendum infirmum secundu[m] Ro. Ecclesiam. c. 9

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

### Ordo vngendi infirmum

Si vero sit infirmitas breuis, non reiteratur, nisi reciduaerit. Nec est expectandum ad inungendum infirmum vsque ad vltimum: quia tunc nullum sensum, vel deuotionem habere potest. Et debet dari et illud recusanti, dummodo sit penitens, ipsum ligando per manus, et pedes, et brachia, et sic inungi. Qui negligunt recipere hoc sacrum, vel contemnunt, grauitur peccant: et tempore interdicti ecclesiastici hoc sacrum non debet conferri. Sacerdotes curati, qui renuunt, aut negligunt hoc sacrum conferre, non euadunt peccati mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleum mutare: et vetus in ecclesie lampadibus ad comburendum ponere. Et si contrarium faceret, grauitur peccaret. de conf. dist. 4. Siquis de alio. Et si sacrum chryisma, vel oleum cathecumenorum, vel infirmorum, ex vsu defecerint: debet super illa imponi oleum non benedictum, et totum efficitur benedictum. De consec. eccle. vel alta. c. quod in dubijs. Sacerdos non debet petere in collatione huius sacramenti pecunia, quia simoniacus esset: sponte tamen oblatam potest recipere. x. q. 3. c. vlt. Et si infirmus petierit hoc sacramentum, et antequam sacerdos veniat, loquelam amiserit, vel notitiam, nihilominus sacerdos eum inungat. 26. quest. 3. capitulum. his qui. et de sententia commu. cap. a nobis. 2. quia in tali casu etiam deberet baptizari: et a peccatis absolui. De bapti. et eius effect. capitulum. maiores. Sacrum chryisma, oleum cathecumenorum, et oleum infirmorum seruari debet in ecclesia, in loco decenti, ac sub clauum custodia, non tamen in eodem loco, vbi Eucharistie sacramentum seruatur propter eiusdem reuerentiam.

**Ordo ad vngendum infirmum fm Romanaz curis. Cap. 9.**

**S**acerdos vincturus infirmum, in primis accipiat oleum sanctum, deinde ordinate procedat, dicendo ps. Adiutorem meum, vt dictum est supra in collatione. Cum autem peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus, sacerdos intras dicat. **Pax huic domui. R.** Et omnibus habitantibus in ea. **Deinde stans ante grotum dicat. R.** Adiutorium nrm in noie dñi. **R.** Qui fecit celum et terram. **R.** Dñs. **yo. R.** Et cum. **Oremus. Oratio.**

**A**desto dñe supplicationibus nostris, et me indignum, qui primam misericordia tua indigeo, clemēter exaudi: et que non electione meriti, sed dono grē tue cōstituisi huius operis

ministrū, da fiducia tui muneris exequēdi, et ipse in nro ministerio, qđ tuo virtutis est operare. Per Christum. Oratio.

**I**nrocat dñe Iesu Christe domum hanc sub nostrę humilitatis ingressu eterna felicitas, diuina prosperitas, serena letitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonum: adsint angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum: et bene ✠ dic nostrę conuersationi: sanctifica nostrę humilitatis ingressum: qui sanctus et pius es: et permanes cum patre et spiritu sancto in sc̄la sc̄lorū. **R. Amē. Oratio.**

**O**remus et deprecemur dñm nrm Iesum Christum, vt benedicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculum, et oēs habitantes in eo: et det eis angelum bonum custodem: et faciat eos sibi feruere ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis oēs contrarias ptates: eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorū. **R. Amen. Deinde dicat hanc orationem.**

**A**udi nos dñe sancte, pater oēs, eterne Deus, et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. **R. Amen.**

**E**t ponatur unago crucifigi ante oculos infirmi: vt eam possit respicere. Deinde in modum crucis aspergat egrotum aqua benedicta: postea domum, dicendo añ. Asperges me dñe, cum s. Misere mei Deus. et Gloriam pa. et Sicut erat. et repetitur añ. Asperges me, vt supra. Deinde immediate faciat egrotus confessionem: et dicat Confiteor. Quo dicto sacerdos dicat.

**O**mnibus nrm Iesus Ch̄s te absoluat: et ego absoluo te ab oī vinculo excoicationis maioris, siue minoris, suspensionis, vel interdicti, et ab oībus peccatis tuis: et restituo te vnitati, et cōioni sanctę matris ecclesię absolutum. In noīe pa ✠ tris et si ✠ lii et spūs ✠ sancti. Amen. Et tūc oēs clerici altates dicat, legendo septę psalmos pñiales. Dum autē psalmi dñi, vel cum dicti fuerint, sacerdos intincto pollice i oleo sc̄o dicat absolute.

**I**n nomine pa ✠ tris, et si ✠ lii, et spiritus ✠ sancti: extinguat in te oīs virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum: